



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Joannicius C. 4. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

340 VITÆ SANCTORVM. 4.Nov.
noverunt gregem? Atqui ille, quæ diximus, tunc
fecit, cùm provinciam dira lues famæque popu-
laretur, quando, ut Christum operiret, parietes
aulæis, se lectulo etiam nudavit. Pestem suppli-
cationibus avertit ad DD. pulvinaria institutis, in
quibus ipse nudus pedes, funeque in collum in-
jecto, crucem prætulit, & in hâc clavum ex illis
unum, è quo nobilissimum olim anathëma Ser-
vator pependit. Porrò authoritati Ecclesiæ vitam
posthabuit; & suam purpuram suo iterum san-
guine pinxit, nisi globus Divum jussus ferire à
tergo ad pedes delapsus esset. Puer, cùm alii lu-
dos, ipse VIRGINIS templa obibat. Præter Horas
Canonicas, etiam Marianas quotidie dixit, & dici
à domesticis voluit. Sub MARIAE nomine colle-
gium adolescentulis nobilibus extruxit. MARIAE
statuam ante omnium templorum portas posuit.
Hujus iconे armari omnes milites suos voluit,
forti utique clypeo. Mitto cetera, hoc addo: alios
purpura, CAROLVS purpuram ornavit. Ex vitâ.

*O si consideraremus, quis sit Deus iste, qui nos di-
gnatur aspicere, cui tam gratum est, quidquid pro sa-
lute animarum fit, quam avidè & promptè curreremus:
omnes, dicentes, Domine, Ecce ego, mitto me! S. Car.
Berrom. Concion. 4. in Syn. xi. habitâ.*

S. JOANNICIUS C. 4. Novembri.

Quid aula confers, si sanctius in caulâ vivi-
mus? Dum gregem pascit, ovis est JOANNI-
CIVS; dum evectus a fortunâ latus jam Isaurici
Leonis stipat, in lupum abit, & rabiosâ hæresi
corruptus tristè terris & cælo ululat. Exi, ah! aulâ
exi, JOANNICI, si exire errore gestis. Audit talia
monentem Anachoretam; sequitur vocem, ab
aulæ-

Nov. 4. VITÆ S A N C T O R V M . 541
tunc aulæ frequentiâ ad silvæ solitudinē invitantem,
opu- jamque inter aulicas larvas etiam hæresin abjicit.
cetes Agnoverunt itaque iterum & amarunt JOANNI-
appli- CIVM suum Superi, cumque invidia illi venenum
is, in misceret, fraudem detexerunt. Ille preces veteres
frequentavit : *Spes mea Deus Pater, asylon Christus,*
a in- *scutum Spiritus est.* Certè unica crux & panoplia
illis & panchrestum JOANNICIO fuit. Hâc ille cùm
Ser- gregem suum circumscripsit ad preces abiturus,
tam nihil umquam ex illo desiderabat ; hâc morbos
san- pellebat, serpentes exarmabat, rumpebat vincula,
ire à medios hostium cuneos penetrabat, ipsos malos
lu- dæmones fugabat. Ipse tamen fugere non eru-
bras buit, cùm in impuras cogitationes pugnandum
dici- fuit.
lle- Quin, cùm è virgine sacrâ has proscriptisset,
ria- sed iisdem se obsecsum animadverteret, ita ab his
fuit, abhorruit ; ut non dubitaret rectâ ad draconem
ios. tendere, prædamque se illi (si Numini placuisset)
di- devorandam objicere. Et profecto, si sapit juven-
fa- tus, non ita ad flammandes draconis oculos, non
nus. sibilos iratos, & dentatos rictus, uti ad aspectus
ar. Veneris molles, ad verba mellea, & arridentia
oscula exhorrescat. *Ex Metaphr.*

*Luxuriam mortem animæ ille evadere poterit, quia
ipsius occasiones fugit, principiis temptationis resistit,
carnis desideria frangit, corporis abhorret otium, corpo-
ris resolutionem recognitat, & præcipue cordis humilita-
tem possidere conatur. S.Laurent.Justinian.lib.1. de
Spirit.interitu animæ.*

S. EMERICUS CONF. 4. Novembris.

Pater EMERICO D. Stephanus fuit Ungariæ
rex. Matrem in terris Giselam, D. Henrici
Imperatoris sororem, in cælis MARIAM salutavit,